

M

I

M

1

6

4

8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

17.
VENERABILI SPONSORUM
PARI
M. THEOPHILO

EBERTO,
ECCLESIASTÆ FRANCOFURTANO,
ET

Virgini
MARGARETHÆ,

EX HONESTISSIMIS
PRÜFERORUM

ET
MELMANORUM

familiis
oriundæ,
amicæ devotionis
fraternæ affectionis

ergo
gratulantur
BENE FAVENTES
ET VOVENTES

Frankofurti
ANNO M. DC. XIIX.
X. Augusti.

Literis
FRIDERICI HARTMANNI, Bibliopolæ.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and includes some decorative elements, possibly a coat of arms or a large initial letter.

Reve
DN, M



Non ha
H
Exemp
C
Munda
V
Nunc
F
Fit cit
I
Intere
Ridea



Reverendo, doctissimo & humanissimo Viro
DN, M, THEOPHILO, JACOBI

F. EBERTO,
Ecclesiastæ Francofurtano
Cognato & amico honorando
Sponso ornatissimo



Arva aditu primo pueri sunt vulnera
parvi,
Quæve oculos Lyncis fallere vafra
queant,
Ast ubi flammatos ea erat jaculatus in
artus,
Languidulam Oethéo decoquit i-
gne jecur.

Non hæc Dycetamnum, non buxus tela revellit,
Hæc neque Apollineo gramine tela ruunt.
Exemplo cognate doces: namque hætenus omnis
Cura fuit sacro pascere nectare oves,
Mundanas nescire operas, nescire venustos
Virgineos artus, virgineasque genas!
Nunc ardes, calidum fervetque cupidine pectus,
Et nymphæ gremium poscis amasque tuæ.
Fit citò, fit subitò, fieri quæ Jova volebat,
Fit nunquam, fieri quæ fera fata vetant.
Interea placeat Virgo quæ sita palato:
Me vidua amplexu detinet alma suo.
Rideat illa tibi facilis, mihi rideat ista,
Utraque sed nobis PAREAT! an pariat!

Fescenninum amicum votum
Valent. Arithmai, Philos. & J. U. D. P. P.

A 2

Hic

Hic calamistratam, fucatam deperit ille:
Virgo tibi cultu simpliciore placet,
Rectè: nam faciem qua pingit, ac uque capillos
Intorquet, rarò ditat amatque virum.

At patrium in cultu qua morem seruat honesto,
Illa columna domus, illa corona viri est.

Tolle manus! plaude; & diuinum numen adora:
Vester ut hic longo tempore duret amor.

Quod Fratres pariter carà cum Matre precantur:

Summa quoque hac voti est, vir Reverende, mei.

M. Christoph. Neander, de proferabat.

Dum tibi leta paras, mihi tristia tēpora, Frater,
Efficis, ô cordis portio firma mei.

Hactenus ætate, studio, conamine, TE ME
Junxerunt ferè fata secunda pares.

Hactenus amisso GENITORE leuamina MATRI

Præstitimus tristi qualiacunque pares.

Hactenus aduersi cursus, sortisq; secundæ

Misturam tulimus speq; animoq; pares.

Nunc Tu successu celeranti PRIMUS amoris

Discidium quæris: quæris amore tuo!

Ant tibi causa fuit lociata cupido: suavis

Spes sobolis: soliti vel sacra iura tori?

Vix eadem TE à ME secreuere: omnia namque

Antehac in LIBRIS blanda fuere tuis.

Pectora flammavit mediocri SPIRITUS ALMUS

Lumine: abhinc studiis nexa cupido tuis.

Tu quali-quali cura cum codice sacro

Es versatus: abhinc suavis erat soboles!

Fœdere legitimo pòst Sponsæ fata sacra
Te junxère: debinc jura lacrata tori!
Hæc ita dum repeto, Frater charissime, nonne
Tristem animum reddes discidio ipse tuo?
Nonne meam vitam misera in statione relinques?
Nonne meum pectus debilius facies?
Antea TE socium vidi blandum atque fidelem:
Altera blandities nunc placet atque fides.
Sed quid in adfectu mentis vexamine versor,
Esse tibi causam dum scio **VELLE DEI**. (est
IPSE etenim quod vult, blandum est: quod dirigit aptum
Quod statuit, castum est: quod facit, omne bonum est.
IPSE etiam **SPONSAM** blandam Tibi, moribus aptam
Dedit, & castam pectore, reque bonam.
HUJUS consilio submittam **ME** quoque, factaque
Omnia & experiar **VELLE** salutiferum.
Jam seu me **SOCII** aut **SOCIÆ** cum glutine junget,
Inveniet pectus mobile **VELLE DEI**.
Si tamen **IPSE** velit **SOCIAM** mihi, tempore justo
Reddet causarum hæc triga sacra faces.
Velle **DEI** certum: monosyllaba vocula **CASTÆ**
VIRGINIS: AFFECTUS libera flamma **MEI**.
Frater ut ætate proximus, ita affectu
devinctissimus
M. Theodorus Ebertus

Conjugium res grata Deo est: præstantius unquam
Nec fuit in terris, utiliusvé bonum:
Quam si fida pio conjunx, fidusque maritus
Unanimi incumbunt mente fideque, toro.
Imperfectus homo est vivens sine compare, quævis
Est sine conjugio manca putanda domus.
Omnia percipies, Reverende, hæc commoda, Sponse,
Intrabit limen cum nova Sponsa tuum.
Hæc semper vero te complectetur amore,
Curarum socia hæc atque laboris erit.
Tam grave non unquam est, charo conjuncta marito
Uxor quod leve non reddere possit, onus.
Gratulor ergo tibi & nuptæ, charissime Sponse,
Vos Deus ut pulchrâ prole, precorque, beet.

*M. Georgius Neander, cognato suo honoris
ergò sbb.*

O te Margariden pol terque quaterque beatam!
O te Margariden pol terque quaterque potenté!
In tua dum casti compellis retia amoris
Nostrû, quem fratris cõplector adinstar, Ebertû.
Multæ illum petiêre, ille averfatus amantes,
Impatiens expersque thori, sacra Biblia lustrat
Nec quid hymen, quid amor, quid sint connubia curat:
Donec nunc tandem Tua *Virtus, Fama, decorque,*
Vincere quem potuit nulla unquam femina, vicit,
Tanta est Margaridos vis atque Potentia. Quam Tu,
Margaris, & posthac feliciter exere, chari
Lumina confortans nec non Præcordia Sponsi:
Quem longum patriæ Deus & tibi *Sospitet* Almus.

M. Andreas Albinus.

CARE

quam
s
toro,
e,
to
onoris
tam!
entel
ertu.
at:
CARB

CARE DEO, caram DEUS attulit en tibi costam,
Quę quęsita, illam VIR REVERENDE capis.
MARGARIS & morata sat & dotata, marita est,
Ritè probata, fide & mente adamante proba.

Atra negant: ergò mea te comitetur ad aram

Musa, arrham hanc læti suscipe conjugii.

SPONSE, referta bonis sint Connubialia vota,

Quæ Dominus spondet quęis ea vita placet.

SPONSA animi fessi RECREATRIX vive Marito,

Fida domûs CULTRIX, pacis amata NUTRIX.

Sis preciosa DEO, conjunx; sis Carus & ipsi

Sponsus, PRÛFERIAM dulcis EBERTE, colens:

Approbet Unanimi conatus JOVA in amore

Vestros, atque torum lætificet sobole,

Quæ Patrem, avũ referat, Proavumq; in stemmate longo

Et claro, Clariis quæque rigetur aquis.

M. Gotesfridus Pistorius.

EBERTE, Eusophia cultor dignissime nostra,

Eusebia sacra lampas, amorq; DEI.

In te nunc animus CERTUS, nunc pectus APERTUM

Claruit & variis vita REFERTA bonis.

Indixit sponsa prænomen amabile pridem

Hoc ipsum, pura nobile Margaridos.

Sicut enim in gemmis clarissima Margaris adfers

Natura laudem luciditate bonam.

Ipsè tuis factis sic vitâ, pectore, mente

Portasti famam celebritate bonam.

Perge ita prænomen sponsa illustrare: & amabit

Te omnis natura machina: TERRA, POLUS.

ex animo adjecit

M. Laurentius Tornovius, F. M.

S. S. theologiæ Studiosus.

Quis

Quis putet! Hippomenes tandem certando triumphat,
De victum cursu fert Atalanta pedem!
Et tanto in spatio Hippomenes certando triumphat,
Atque in tam rigido foedere victor abit!

Victor abit, victori victa Atalanta corona est.

Victus uterque tamen, vincit uterque tamen.

Illa virum, illa viro est devicta, hac vicit, & ille,

Vincitur hac cursu, hac vicit amore virum:

Hoc opus est Veneris; sic est, Venus ipsa triumphum

Dum dedit Hippomeni caelica poma, dedit.

Quis putet! & tandem certando triumphat Ebertus,

Immensumque Aretes jam superavit iter.

Eusebie Eusebien pomum, Venus aurea mentem

Humanam, Sophiam docta Thalia dedit.

Hac sponsus tria poma jacet sponsa, ipsa corona

Victori victam se, Pruserilla dicat.

Victa-haud-victa tamen fugiendo vincit Ebertum,

Victa tribus pomis, vincit itemque tribus.

Eugenie pomum, Tyche, domi porta venustas

Dant pomum, his sponsum foemina capta capit.

Foemina victorem vicit, sic vincere vinci est,

Sic, Neonymphe, tuae victor es, illa tui!

Mirum! quem nequeunt divae superare Camoene,

Quemque novem nequeunt, una puella potest!

Hoc opus & Veneris, quam mens ingrata Atalanta

Hippomenisq, feram sensit, amata prius.

Hoc mea pierio te vis ab amore monebit,

Consponsoris, AMOR dulcior, DEI:

Ingratum, (exemplo Hippomenis Venus aspera cavit.)

Sponse animum fugias, tu quoque sponsa fuge.

Menstrua non facilis Dea, non semestria, tantum

Blanda Venus, facile est, annua festa cupit.

Scande

*Annua festa cupit tantum, Janonis ad aras
Quò decimas decimo Cynthiamense ferat.
Sit felix, latusque torus, sit victor uterque
Sive, quod heu timeo, aut aura secunda fluat.
Usque mane ad thalamum Eirene, & Polytechia, gnate
Eusebies, genitrix usque mane, usque mane.
Usque mane Pandora, mane Polytychia, gnatas
Usque manere jube dia Pronæ tuas.
Hoc votum Eusebies, Veneris, votumque Thalia,
Excipit hæc Echo nostra, animusq; vovet.*

M. Samuelis Gloxini Junioris.

SCande jam cœlo, fidibus novisque
Pieri carmen modulare dulce,
Tuque fontis, Calliope, Caballi,
Aurea præstes.
Nunc fave suavis Cytheræa vultus
Blandulos figens, juvenile pectus
Ambigens flectat vacuum nec ornet
Agamus auram.
Tyndaris lasciva abeat Lacænâ;
Exulent longè Danaï puellæ,
Auræ torquis valeatque longè
Stulta redemptrix.
Torva Bacchéis, stimulo superbo,
Ducta, quæ cultu peperit Marito
Exitum, Coâ referatque syrma
Cincta Berillis.
Hucce resplendens thalami pudici
Adsit è cœlo pariens Marito
Unio vitam, redimita & ornet,
Pura Tiara.

B

Vosque

Scande



Vosque quæ casti colitis tori jus,
Atque laudata, Aufoniis, per annos
Casta bis denos, reditum vovebas,
Dulichii quæ.

Tuque quæ morte, ô Animosa conjunx,
Propriâ, Admeti relevas salutem,
Imò carbones comedenque mortem ob,
Porcia, Bruti.

Sed quid ævi, jam monumenta amoris?
Margaris nulla est, cadit igne quæ non
Torrida, cujus nitidos colores,
Lesbia finxit.

Margaris, Germane, tibi ligata,
Gordio nodo? IPSE, toti Mariti,
Quod velit felix faciatque faustum,
Fundus, JOVA.

Ergo nam nunc conjugibus bonum omne
Imprecor lætum, omnia deprecorque
Mæsta, tortoris stigii, malique
Facta nefasta.

Ipsa tum pollens Bonitas JEHOVÆ,
Impluat vobis benedictionem,
Gaudeat vestrum quoque prole tectum,
Pace refertum.

Omnis hic vestrûm Pietas tuetur;
Namque quîs lucet Pietas profecto,
His eunt cuncta auspiciis secundis,
Dante Tonante.

P.

Valentinus Ebertus.

ΣΤΓΧΑΡΜΑ

ΣΤΓΧΑΡΜΑ

ΣΤζυγία τὸ πρᾶγμα θεῶ κεχαρισμῶν ὄντι,
 Μὴ δὲ τὸ τρυφάματ' γδ γίνεται, ἀλλ' ἀπὸ μόνου
 Τοῖο θεῶ, ὃς ριζωτῆς τε καὶ αἰτίας ὄντι
 Συζυγίας: καθάπερ κ' ἀγιόγραφα ἔλα διδάσκει.
 Ἐμπης εἰσι βροτοὶ οἱ μηδενὶ ἐξ ἱερετῶν
 Θεῶν, βέλονται πρὸς χωρεῖν δέσματα λέκτρα:
 Εἰσι' ἐτ' ἄλλοι ὁμοζυγῶν πάντως ἀμελεῦντες,
 Κείνοις ἀντιλέγει ἀγια γραφὴ ἐκ Φανεργῆ,
 Ἐξαρνεῖται γδ καλὸν ἄνθρωπον μόνον εἶναι,
 Πᾶς δ' ἀπορνεῖται καὶ ἔχη αὐτοῖο γυναῖκα.
 Τῶνεκα ἔνθεν ἀπῆ, κλοπίμας ὃς ζητεῖ ἔρωτας,
 Καὶ ὅστις θάλαμον κατέχεν οἰκεῖον ἀβελεῖ.
 Εὐδαίμων γδ ἀνὴρ αὐτὸς τε πανόλβιος ὄντι,
 Ὃς νύμφην ἀγαθὴν, ὅσιον καὶ λαμβάνει ἀγνήν.
 Ἄυτη σοῖο νυνὶ ναὶ ἀξιεπαίνετός ὄντι
 ΜΑΡΓΑΡΙΤΗ, ταύταις εὐ κοσμηθεῖς ἀρετῆσι:
 Ἄυτη ποιήσῃ σ' ἱκανῆ γυνήθεα γύνῃ
 Χαιρήσῃς ἐφορῶν θαλάμης κεχαρισμῶν τέκνα.
 Οὐκ ἔν δ' αἰμῶν ὡς ἡς αἰεὶ κ' ὁμόφωνος,
 Καὶ βιοθάλμια, σὺν νύμφῃ, ζῆς ἡμάτω, ἔτο
 Ἐυχομαὶ ἐκ θυμοῖο, βεβαίως ὦ θεὸς εὐχήν.

Τῆς εὐνοίας καὶ εὐφημίας ἔνεκα
 ἔργ.

Matthæus Wagner Francof. M.

NEmpè adeò verū est, quòd mentis premia recte
 Munera, cui faueat, det preciosa Deus.
 Theiophilo pretiosa uxor datur Unio. Nun-
 quid

Ulla magis poterat res pretiosa dari?
 Si quoque confortet, quod debet, pectora sponsi,
 Hacne magis poterit res generosa dari?

B 2

Si quod

*Si quoque multiplicet, quod fiat! eâ Unio fructus
Hacne magis poterit res speciosa dari?
Res pretiosa tibi, generosaque cessit Eberte,
Et speciosa satis. O diuturna satis!*

Daniel Lachmanus, Vratisl.

TAndemne vitæ cœlibis istius
Pertæsus aram tendis, amabilem,
Nexu maritali cupiscens
Jungere, EBERTÈ, tibi puellam?
Tandemne, qui tam sæpè novitiùm
Tot Candidatùm Conjugii sacri
Conglutinasti vi Profati
Corpora, dissolüenda nunquam,
Dum vita constet, jam quoque comparis
Amore Victus corditrahæ volens
Incurris evitata longè
Vincula conjugialis arrhæ?
Jubente Jhovâ Conjugii incluto
Auctore cœpti jam benedictio
Cuicunque quæcunque est profecta,
Ore tuo, quoties novos
Sponsos jugasti, ritè reciprocet
Lectis in unum viribus agmine,
Facto, & TIBI, tuæque nexu
Hæreat, eveniatque sponsæ
Fecundiori! sic Polytychia,
Præstò brabejis semper erit suis,
Sic nuptias pulchrè beabunt
Eusebie, Charitumque turba,
Decoravestras, sic Polytecniæ
Dos larga cedit suaviparæ, & suum
Conjunget Eirene nitorem,
Et genialis Amor virorem.

Favete linguis! quis neget hoc parū
Sponsūm decoro? sic Pietas jubet,
Sic multa virtus utriusque,
Et probitas, & amor jugalis.
En ipse Phœbus splendidior favet
Novis maritis, dum facie aureus
Gaudet serenare hocce festum
Connubiale decentiori.

Franciscus Langerus Uratis L.

Sol cava siderei quando intrat gaudia cancri
Igneus Erigones & canis urit agros,
Ustulet ut radiis quis non scit corpora Phœbus!
Igniculus tacitas ut cremet usq; fibras!
Flamma at si accedunt quas implicat ossibus æstus
Tadarum manibus quas Cytheræa quatit;
Ceu foculus penetral collucet pectoris, imò
Ceu carbo candet, replet & igne jecur.
Hic refrigeriis opus atque levamine dulci;
Ut fugiat veniens parte ab utraque calor.
Neu crescant flamma, superentque incendia, flamma
Neu subeant flammis, fiat ibique cinis.
Sed prior is facili curâ restinguitur æstus;
Quaque arent illo viscera gutta rigat.
Serpilium rapido fessis messoribus æstu
Ut sese recreent Thestylis ipsa terit.
Alterius sed non possunt incendia nobis
Tam facili tolli seva labore facis.
Huic refrigerium plenis est nubilis annis
Virgo: fervorem hunc virgo levare potest.
Quos facit hos sentit sponsus sub corde calores,
Tum Solis fervor, tum quoque mollis amor,
Et refrigerium quasi vit suave puellam
Quam decorat clarus virginitatis bonos.

110

Illa levamen erit, solamen sola laborum,
 Dixit, erit, curas leniet illa meas.
 Apparat hinc Juno connubia pronuba plausuræ
 Et complet voto limen hymenque novo.
 Hinc Charites rident Zonis choreasq; solutis
 Plaudunt, Ortygius ridet ovatque Deus.
 Tempora promittunt sponso astra secunda, quietam
 Sors nutans vultu lato, & amica, domum,
 Sed quid ego voveam sponso! anne silentia planè
 Impedient Musæ guttura leta mee!
 Ergò vovet sponsis concors in corde voluntas
 Hæreat ambobus fortiter: hocce vovet.
 Ergò vovet thalamum fecundum prole, domumque
 Repletam omnimodâ commoditate soli.
 Quæq; vovet sponsis terrestria gaudia tandem,
 Conditâ at verâ prosperitate poli.

Fac.

Johannes Hertling: Namsl. Sil.

Ελεγχτικὸν

Contra Pontificios conjugium averfantes
 CCE! Cuculligerum fratrum teterrima turba,
E Planè averfantur connubiale jugum.
 In simul aſt omnes fallunt, falluntur & ipsi,
 In vulgus produnt inſcitiamq; ſuam.
 Namq; reluctantur JOVÆ, qui fœdere ſacro
 Inter primævos conjugium inſtituit.
 PROXIMO itemq; ſuo, qui ſolus vivere neſcit,
 Ipsi adverſantur, non ſine criminibus.
 Quin SIBI mox IPSIS? quia præmia parva Parentes
 Accipiunt, natos qui genuère ſuos.
 Immittunt ipſi NATURÆ ſpicula toti,
 Quæ gaudet thalami prole ſalutiferâ.

Addo

Addo quod & SACRÆ SCRIPTURÆ grande repugnet,

Conjugium in multis quæ probat Ipsa locis.

Hæc neque in aurate firmat CHRYSOSTOMUS ore

Inter qui claret lumina clara Patrum ::

QUI tedis uti quodam moderamine suadet

Et primum in cælis asserit usque locum.

Hinc justè faciunt, hinc terq; quaterq; beati,

Legitimè thalamum qui pepegisse parent,

Inde CREATORIS saluberrima jussa capebunt,

Secutantes factio cuncta CREATA sacro.

Hinc meritò opponis proprio paradiquate, SPONSE,

TE jam Papicolis Ausoniisq; strophis.

Puniet bosce DEUS perfricta frontis homellos

Mercedemq; suâ pro feritate ferent.

TE verò ex altis benedicet JOVA, bonorum

AN TIBI concedet millia? plura precor!

Valentinus Cellarius, Cellâ-Francus,

S.S. Theologiæ Studiosus.

Vota tardiùs oblata.

Eστι γυνή λαμπρῶν θυγατρῶν εἰδὼ ἀρίστη:
ἦν ἀνθρώπῳ ἀγῆσι πατρὸς ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
ὅς τῶν βιβλιδίων θεῶν ἐπιδείματ' ἀτιμᾶ:
ἔτω ζεὺς παρ' ἀκοίῳ ἐὼν ἐρηιδέα κέρην
σοὶ δίδοται, καὶ πολλὰ, καὶ ὄλβια δῶρα σὺν αὐτῇ:
τοῖον δῶρον, ἀδελφε, λαβὼν θεῶν χάριν εἶπε.
εὐχομαι, ὄφρα βίον ζωῶν, καὶ μακρὸν ἐλαύνης
σὺν γαμετῇ, καὶ τῆς εἰρήνης δώματα ναίης
ἐν γαίᾳ: χερσὶ γάμιν δ' ἀπ' ἀνὰ τελευτᾶ.


M. Andreas Ebertus, Grunber-
bergæ Siles. ἡολάρχης.

Gaude

GAude E. plaude tuis Echo reparabilis E. alis,
Vota novis sponſis ferre parata E. rata.
Pondere curarum crescente refertus E. EBERTUS.
Haud SIBI ſat MUSAS eſſe reclamat, E. amat?
PRUFERIANA domi ſuccedat MARGARIS; E. ARIS
Exſtruat IPSE ſuum RELIGIOSUS E. opus.
INTEGER ô madeat ſacco Libethride: E. ride
Tu Spes ſancta toro, nec ſit amaror E. amor.
MARGARIS hinc fructu, E. fructu quoque MUSA E. refuſa
Faxint, EBERTOS INTEGRO HONORE E. fore,
Abraham Grofmanus.

VIR pietate gravis, foedæque libidinis expers
Legitimum ſtabili ſervat honore torum.
Non tam dotatâ, quàm caſtâ conjuge gaudet,
Caſta maritali dote virago prior.
Res pia Conjugium, qui vincla jugalia curat
Eſt pius, atque piis annumerandus erit.
Dira recedat Eris thalamo, pellatur & Ate
Connubium mites ſentiat eſſe Litas.
Georgius Michael Grunbergenſis, patrii
templi Organicen.

MOS vetus eſt, nobis ſed magna laude vehendus
Chriſticolis, ſponſis carmina ferre novis:
Sincero & votum ſincerum corde profectum,
Carminis, his gyris claudere ritè piis:
Cum votoque litare preces, ſit amabile Jovæ ut
Conjugium, auſpiciis incipiatque bonis.
Sponſa tibi quare veteri pro more recepto
Vota etiam verſu candida dono novo,
Sacrificioque preces, Jovæ felicitæ orſum.
Conjugii, porro proſperet idque, novi.
Vos pace in longa pacatam ducere vitam
Ut ſinat, atque procul ſemina litis agat.
Et thalamo veſtro ſurgat ſvaviſſima proles
Delitium matris, delitiumque patris;
Quæ vos felices componat denique, veſtros
Concludatque oculos adſtite morte graves.
Suppetat & domui de divite copia cornu,
Hoc, voveo: votis meta ſit iſta meïs.
Joannes Gſell Argentoratendiſ.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674



17.

ILI SPONSORUM
PARI
EOPHILO

ERTO,
FRANCOFURTANO,
ET

irgini
ARETHÆ,

ONESTISSIMIS
FERORUM

ET
MANORUM

familiis
oriundæ,
icæ devotionis
ternæ affectionis
ergò

gratulantur
E FAVENTES
T VOVENTES

Frankofurti
M. DC, XIIX.
X. Augusti.

Literis
HARTMANNI, Bibliopolæ.



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue